

# RELATIO

CELSITUDINIS SUAE CAESARAEAE

DOMINI ARCHIDUCIS

CAROLI GENERALISSIMI

AD


MAJESTATEM SUAM SACRATISSIMAM

IMPERATOREM

FRANCISCUM I.

REGEM HUNGARIAE


APOSTOLICUM.



---

Budae die 5-ta Maji MDCCCVII.

G.N.



AUGUSTISSIME IMPERATOR,  
ET REX APOSTOLICE!



*Inter ea summi momenti negotia, quae in praesentibus Regni Hungariae Comitibus pertractanda erunt, praecipuo certe loco digna sunt ea, quae defensionem Imperii concernunt. Haec itaque MAJESTATIS VESTRAE SACRATISSIMAE paternas curas, non minus ac devotissima Statuum et OO. homagialia studia occupabunt. Neque dubito, Status et OO. quidquid ad hunc finem consequendum necessarium existimaverint, proposituros esse MAJESTATI VESTRAE SACRATISSIMAE.*

*Duo potissimum hocce in objecto consideranda erunt: quid Regni viribus, ejusque felicitati conveniat? — et quid status rei militaris exigat? — quoad primum, longe absit a me, ut eorum, quos universi Regni et MAJESTATIS VESTRAE fiducia in Comitibus congregavit, consilia moderari praesumam. Secundum autem quod attinet, quid Monarchiae defensio exigat? — Quid militaribus ex rationibus sit praeoptandum? quatenam in hac linea sint efficacissima remedia? — Desuper non uti-*

*le solum, sed necessarium, et officii mei esse reputo, sensa mea depromere. Si non praestita per me Monarchiae servitia aliquam consiliis meis hac in re existimationem concilient, concredita tamen per*  
**MAJESTATEM VESTRAM SACRA-**  
**TISSIMAM** Generalissimi Dignitas et suprema rei militaris administratio suppressere ea, quae in praesentibus rerum circumstantiis necessaria censeo, non permittit.

*Officii mei de caetero non est, cum congregatis diaetaliter tractare Inclytis Statibus et OO. et Excelsis Regni Proceribus. Ea igitur, quae circa Statum militarem diaetali consultatione digna mihi videntur, in sinum MAJESTATIS VESTRAE SACRATISSIMAE repono*

*Budae 4.ta Maji 1807.*

C A R O L U S

*Generalissimus.*

---

**P**RO concredita mihi per Majestatem Suam Sacratissimam suprema rei militaris in Monarchia administratione is unicus curarum mearum scopus est, is finis, ut Monarchiae universae ac regni in primis Hungariae defensio firmis semper innitatur fundamentis, utque intemerata, quam gens Hungara conservavit, armorum gloria, servetur et in posterum, et augeatur.

Per varias rerum, bellicaeque fortunae vicissitudines victi nonnunquam fuere Majestatis Suae Sacratissimae exercitus; fortitudo nationis hungaricae non attrita, — animi nunquam depressi. Quodque maximum et postremi belli infaustis temporibus pro parte meorum studiorum, laborum, sudorum solamen fuit et praemium, generosa gens hungara maxima ex parte hostilis invasionis aerumnas perpessa non

est, territorium regni et in pace, et per integrum mansit non minutum.

Ast diffiteri nobis non possumus, difficilia et periculo plena esse jam tempora. Undequaque cruentum bellum; insurrexere quasi populi, et exercitiibus omni ex parte cinxerunt Hungariam. — Difficile est, inter tot tantasque maximorum imperiorum collisiones non immisceri. Ego quidem tunc solummodo id possibile existimo, si parata monstrentur remedia ad propulsandam quamvis, si opus esset, exterrorum injuriam. Non reveretur armatus vicinus pacifici imperii fines immunitos; — non timent belligerantes, quoties momentanea exposcere videtur utilitas, lacessere et offendere imparatum et quasi inermem.

Ast inconcussa erit pax et neutralitas Monarchiae austriacae, — florebunt crescetque felicitas regni Hungariae pacificis multorum annorum studiis, si parata semper, quoties necessitas expostularet, arma monstrentur.

Hac super re, quid rei militaris cura exposcat, ideas meas — consiliaque per praesentes subministrabo pro

iis, qui Senatum amplissimum patriae  
constituentes suis dein consiliis Regi  
optimo media augendi in dies splen-  
doris regni suppeditabunt.

Quid ferre possint vires patriae,  
quid regni et singularum eius partium  
locales exigant circumstantiae, quid  
indoli gentis conveniat? — ponderabit  
Inclitorum Statuum et Ordinum con-  
ventus, — excelsus Procerum Sena-  
tus, et in primis dilectissimus frater  
meus Regni Palatinus, qui pro ea, qua  
cuncti Regni hujus Ordines eum pro-  
sequuntur, merita existimatione et ve-  
neratione, plenissimo semper cum ef-  
fectu Regem inter et Regnum recipro-  
cum sensuum organum fuit, est, erit-  
que cum gloria nunquam interitura.

Ego solum in parte mihi concre-  
dita ea, quae optima mihi videntur,  
consilia depromam, ut gens Hungara,  
quae mihi a latere ruinam et Monar-  
chiae Austriacae, et fors Europae im-  
pedit, suis jam consiliis publicam in  
omne aevum suffulciat securitatem.

Nitida oratione non micabo, qui  
armorum semper studio fui intentus.  
Unum autem hic commemorare neces-

sarium judico, ut si qua expressio bel-  
liduci obrepserit, quae minus videre-  
tur constitutioni Hungariae conformis,  
persuasi esse velint Excelsi Proceres  
nec non Incl. SS. et OO. lecturi prae-  
sentia (Dilectus frater meus alias de  
integritate mea confidit), mendum esse  
calami militaris a me prorsus alienum,  
mihique constitutionem hanc, sicut  
fuit hucusque, sic et in posterum sem-  
per fore Sacro sanctam.

I.

Completatio Legionum hungaricarum tempore pacis.

I.

**M**ILES stabilis in Hungaria medio aevo prout in reliqua Europa ignotus fuit. Nobilis quisque ad militaria seruitia tam pro defendendis laribus, quam pro ulciscendis, et in hostili territorio injuriis certis sub conditionibus obstrictus erat. Episcopi, Abbates etc. sua parabant, et in hostem ducebant banderia; pro sumtibus hujuscemodi militiae comparandis variae pro variis circumstantiis condebantur leges. Poterat sufficere ejusmodi exercitus, qui ferente necessitate subito colligebatur, illis temporibus, quibus uno alterove

1.) *Historiae rei militaris in Hungaria conspectus.*

praelio bellum plerumque confectum erat. Quis in hoc bellandi genere hostis potuisset esse formidolosus bellicosae et strenuae hungarae genti?

Interea inter omnes Europae populos primi Hungari cum stabili milite extraneo conflictabantur. Celebris Janitscharorum exercitus numero, disciplina, exercitio omnes tunc temporis copias longe antecellebat.

Subjugatum fors tunc fuisset Hungariae Regnum, totius orbis christiani propugnaculum, ni intumescenti Ottomanorum praepotentiae Huniades Corvinusque sese opposuissent, Viri, quibus animi magnitudine paucae nationes parem, nulla superiorem protulerunt. Defunctis hisce avulsit hostis ab Hungariae regno provincias vel feudatario vel tributario nomine subditas; jamque ipsius Regni visceribus imminens ultimum ex Jagellonum stirpe in Hungaria Regem in medio Regni cum flore exercitus sui delevit, — dein Hungariae fertiles agros longe lateque populatus, metropoli Budensi potitus universae tot triumphis celebri nationi Baschas praeficere minitabatur; — cum

Regnum intestinis desuper discordiis profligatum Ferdinandus austriacus, qua regum antiquorum e stirpe oriundus, vi pactorum successoriorum novissime confirmatorum adipisceretur.

Post varia rerum discrimina virtus hungarica, germanicis auxiliis suffulta, florentissimum regnum recuperavit, restituit, effecitque, ut lapsis aliquot decenniis unitorum Hungarorum fortitudine vacillantes Reginae suae in caeteris provinciis throni suffulciri potuerint.

Tantum profuere sibi successive uniti sub eodem Imperante varii populi.

## 2.

Agnovere interea Hungari, non raro dira experientia edocti, non sufficere residuam ex antiquis militaribus institutis insurrectionem. Quantumvis in sua, regnicolarumque virtute non diffidebant Status et Ordines, profitebantur tamen in Diaeta 1715:

2.) *Agnita in diaetis hungaricis stabilis militiae necessitas.*

„Quia tamen per eam (insurrectionem) solam regnum hocce sufficienter defendi nequiret, adeoque vali-

„dior et regulata militia tum ex na-  
 „tivis tum externis constans pro omni  
 „eventu intertenenda veniret, quam  
 „sine stipendiis subsistere, haec vero  
 „sine contributione comparari non pos-  
 „se indubitatum esset, hinc subsidio-  
 „rum et contributionum eatenus ne-  
 „cessariorum materia diaetaliter —  
 „cum statibus deliberanda erit.“

Nihil tunc specialius de regulato  
 milite statutum fuit; nec de legionum  
 hungaricarum numero, nec de singu-  
 larum robore quidpiam fuit dispositum.  
 Neque urgens videri poterat eo tem-  
 pore istiusmodi dispositio. Fracta ni-  
 mirum erat Turcarum bellandi libido  
 tot tantisque Caesareorum exercituum  
 victoriis; — remota et alias amica  
 semper Moscovitarum potentia; —  
 Polonia per constitutionis suae naevos  
 nequidem defensionis suae apta; — in  
 incunabulis suis Borussiae magnitudo;  
 — interjectis omnibus, montibus et ger-  
 maniae populis, separabatur a Monar-  
 chia Austriaca mars gallicus tunc fer-  
 me solus timendus, — pacifica et no-  
 stris auxiliis indigens respublica vene-

ta; — nulla ex parte propinquum et inopinatum providere erat periculum; remotiores tempestates, siquando orientur, cunjurare posse confidebat intrepida gens Hungara, quamdiu tempus non deesset colligendi invictas Nobilium phalanges. Admirata est merito Europa, quanto cum splendore has expectationes anno 1741. et subsequis fortitudo hungarica non impleverit modo, sed et superaverit.

Ast interim mutata est omni ex parte Europae facies. Sensere haec excelsi Proceres et Incliti SS. et OO. in Comitiis 1790/1 congregati, ac tamquam praescii turbinum, qui mox universo orbi imminerent, necessarium judicarunt, ut aliquando firmiter quidpiam de regulata militia stabiliretur. Decreverunt itaque Art. 66. „erga bene „nigram Suae Majestatis Sacratissimae propositionem *de conservandis in „actuali statu completo legionibus hungaricis factam*, ut Deputatio talem modum, qui salvis legibus contribuenti quam minime gravis sit, et indoli plebis conveniat, proponere studeat, futuris comitiis in deliberationem su-

„mendum et prout conventum fuerit ,  
 „ in legem referendum. “

Quisnam iste esset modus, ordinatum tunc non fuit, sed proximae reservatum Diaetae; id tamen luculenter indicatum, modum istum non in conductione ordinaria esse constituendum, cum in eodem Articulo agnoverrint SS. et OO., quod Legionum hungaricarum integritas per solitas conductiones celeriter procurari nequeat, et quod *multa incommoda in ordinaria militari conductione fuerint observata*. Indubitatum ergo fuit tunc Statibus et OO., salva regni constitutione diversum a conductione modum in statu completo conservandi legiones hungaricas posse stabiliri.

Non immoror heic iis, quae in memorabili Diaeta anni 1796. acta fuere. Glorioso exemplo Hungari in eo, quod tunc premebat, rerum discrimine non istis, quae citatus mox articulus pro pacificis temporibus spondebat, auxiliis erant contenti, sed ampliora remedia polliciti sunt, et effectui dederunt.

Restituta alma pace SS. et OO. 3.) *Lex desu-*  
 anno 1802. Diaetaliter congregati jure <sup>per in comitiis</sup>  
 merito inter gravissima et urgentissima 1802. *lata.*  
 ma regni negotia completionem le-  
 gionum primo loco posuerunt. Ut non  
 diutius periclitaretur securitas publica  
 ob precariam militis hungari comple-  
 tionem in Artic. I. dictae Diaetae:  
 „ Status et OO. Suae Majestati Sacra-  
 „ tissimae pro modernis rerum circum-  
 „ stantiis offerunt duodecim legionum  
 „ pedestrium, 10 equestrium, in Sum-  
 „ ma 64 millium exercitus hungarici,  
 „ huc non intellectis confinariis, Nu-  
 „ merum in praesens defixum — non  
 „ tamen ultra proximum triennium ex  
 „ parte Regni in Statu completo con-  
 „ servandum. Caeterum objecto Mili-  
 „ tiae hungaricae (dum completatio  
 „ ex parte Regni intercedit) tam quo-  
 „ ad numerum, quam quoad modum  
 „ suppletionis semper ad pertracta-  
 „ tionem Diaetalem pertinente: pro sua  
 „ erga Augustam Domum et Patriam te-  
 „ neritudine, nequid securitati exter-  
 „ nae desit; de mediis conservationis

„ ejusdem regulatae militiae adjunctis  
 „ temporum convenientibus, et viribus  
 „ populationis commensuratis, ac sy-  
 „ stemati legum indolique plebis con-  
 „ formibus, in comitiis intra triennium  
 „ celebrandis, prout conventum fuerit,  
 „ in effectum deducendis etc. consul-  
 „ taturi sunt.“

4.

4.) *Cujus vigor  
 labente triennio  
 expiravit.*

Expiravit vigor hujus Articuli jux-  
 ta disertum legis tenorem elapso trien-  
 nio. Ast non cessavit perinde dura con-  
 servandi in statu completo Legiones  
 hungaricas necessitas.

Incl. SS. et OO. anno 1802. de  
 hac perenni necessitate tunc quoque  
 nullatenus dubitarunt Ast perturba-  
 bat eos laudabilis de felicitate Hunga-  
 riae publica sollicitudo; — dubita-  
 bant, utrum sufficiat regni populatio,  
 de qua omissa jam a quindecim annis  
 animarum numeratione non constabat,  
 suscepto oneri? multa, quae fors ino-  
 pinata novo negotio se opponere pos-  
 sent, impedimenta permoverunt Status  
 et OO., ut elapso triennio novas sibi

reservarent consultationes de numero et de modo suppletationis.

Has jam consultationes inituros esse SS. et OO., nullum est dubium. Pro consultatione hac ideas quasdam, quas concredita mihi per Majestatem Suam Sacratissimam rei militaris administratio suppeditat, delineabo.

## 5.

Exercitus hungaricus, cujus con- 5) *Robur mo-*  
 servationem in statu completo Status *dernum legionum*  
 et OO. ad triennium susceperant, nu- *hungaricorum*  
 merum 64 millium obligatorum exae- *relatum ad po-*  
 quabat. Non equidem superabat iste *pulationem Re-*  
*gni Hungariae.*  
 numerus vires populationis hungari-  
 cae; immo relate ad populationem mi-  
 nor erat ac in quovis alio Europae  
 imperio. Ast Majestas Sua Sacratissi-  
 ma confecto postremo bello gallico,  
 quo magis succurreretur necessariis  
 provinciarum Suarum et Regnorum, pa-  
 cificis laboribus quoque citius sanari  
 possent vulnera praecedentibus bellis  
 inflicta, hunc quoque numerum et prae-  
 existentem pacis tempore statum Le-  
 gionum ea ratione diminuit, ut conser-

vata legionum forma et organizatione pacis quidem tempore status obligatorum militum multo minor ac antea esset, et pari ratione manus pro agrorum praecipue cultura reservarentur, bello autem citra spem erumpente absque ambagibus militum numerus adaugeri posset. Hoc saluberrimo Majestatis Suae Sacratissimae consilio factum est, ut legiones hungaricae, quae, cum earum in statu completo tempore pacis conservationem Diaeta 1802. susciperet, in 64 millibus constabant, praesenti tempore 55 millia obligatorum in integro non superent.

Convicti erunt Incl. SS. et OO., convicti excelsi Proceres Hungariae, persuasus in primis dilectissimus frater meus Regni Palatinus, cui regni hujus felicitas merito summae semper curae est, hunc exercitus hungarici numerum nec populationi regni gravem esse, nec industriae pacificisque laboribus nimium manuum numerum per hujus exercitus completionem subtrahi. Convincent sese Status et OO. magis magisque, si cum hoc legionum hungaricarum numero populationis hungari-

caae, novissimis annis connumeratae vires comparaverint. Juxta novissimum Summarium populationis hungaricae ignobilis (Nobilium numeratio inita non fuit) *pro centum triginta* ignobilium animabus in Hungaria degentibus *Unus* solummodo in hungarico exercitu miles existit, dum in caeteris Majestati Suae Sacratissimae subjectis provinciis *septuagesimus quisque* ex universa populatione (comprehensa simul nobilitate) militiae adscriptus sit. Argumenta horum assertorum specifica et authentica, quae typis mandari inconsultum mihi videbatur, electae e SS. et OO. Deputationi inspicere nunquam prohibebitur.

Palam erit Statibus et Ord., deductam mox differentiam inter Regnum Hungariae et caeteras haereditarias provincias per quosdam externos tyrones, qui, quotidie tamen rariores, nonnunquam ob viciniore Stationes legionibus germanicis adscribuntur, longe non exaequari. Palam porro erit, ponderasse omnia Majestatem Suam Sacratissimam, nequid gravius Regno Hungariae imponatur. Palam denique

fiet, populationem hungaricam sufficere, ut legiones hungaricae absque omni felicitatis publicae dispendio et in posterum in statu completo conserventur.

## 6.

6.) *De modo conservandi in statu completo legiones hungaricas.* Modum, quod attinet, conservandi in statu completo legiones hungaricas, duplex is esse potest. Defectus nimirum in legionibus quovis modo exortus vel per spontaneos tantummodo Tyrones resarciatur, vel etiam per invitos. Primum fiet per ordinariam solitamque olim *conductionem*, alterum per genus quodpiam *Statutionis*. Prima praevio intuitu videbitur forsitan magis indoli plebis convenire. Humanum profecto est, nonnisi voluntarios legionibus adscribere; neque ego diffiteor, exercitui ex vere spontaneis lecto plus roboris inesse, majoremque in eo fiduciam esse collocandam. Ast vanam quoque existimo spem Legiones hungaricas per spontaneos semper milites conservandi in statu completo. Notum perinde est Statibus et OO. ac

mihimet ipsi, quot ambagibus, quibus, si vera et dicere et audire velimus, fraudibus jam olim opus fuerit, ut per Conductionem necessarij obtinerentur tyrones, licet et tunc quoque ob conductionum insufficientiam ad media coactiva recurrere Status et OO. necessarium saepe duxerint. Mutato vultu, mentitis vestimentis, ficta amicitia deceptos in sui alliciebant societatem conductores, improvidos vino obruebant, ad jurgia seducebant, ut per tot indignas artes ita dicti spontanei conducerentur, quis ab istiusmodi spontaneis alacriora opperietur servitia, ac si aperto jure statuti fuissent? Id saltem liberali administrationi politicae et legislaturae generosae gentis condignum magis esse, quilibet consentiet.

*Observare* jam in Diaeta 1790<sup>fi</sup> congregati SS. et OO., *incommoda haec ordinariae conductionis*, neque in Diaeta 1802. recurrere ad hanc conductionem consultum existimarunt, nisi elapso triennio stationem vires populationis superantem vel penitus indolentis contrariam experti fuerint.

Nec sperare licet, exhibituros se esse absque memoratis subdolis artibus in sufficienti numero vere spontaneos, si largior, quam hucusque pecunia conducendis indulgeretur.

Melior est hodie dum ac ante conditio plebis, humaniores Nobilium Hungarorum sensus servitutis pristinae durtiorem mitigarunt; multiplicatae sunt per tot industriae et agriculturae incrementa subsistendi, seque sustentandi viae; — omnibusque his ex rationibus conjunctis quilibet ardentioribus ac olim votis a militia immunis esse anhelat; militis autem conditio auctis in immensum rerum omnium pretiis summo etiam cum onere aerarii vix eadem, quae olim extitit, conservari poterit. Hinc non raro accidit, ut si quis vel inita jam militia liberari vel ab ineunda immunis esse desideret, oblatis trecentis ac pluribus adhuc florenis frustra quaerat, quem in sui locum substituere posset.

Quidquid ergo etiam impendere vellent jurisdictiones hungaricae ad facilitandas conductiones, nil certe per tantas effecturi essent impensas, quam

ut unus alterve sponte militiam amplecteretur, residuus autem longe major numerus uti hucusque, vel saltem liberaliori cum modificatione *statueretur*.

Videntur jam statutionem hanc in consiliis habuisse Status et OO. anno 1790/91 congregati; videtur eam proposuisse illa Deputatio, cui per Diaetam 1790/91 elaboratio desuper demandata fuit. Saltem provocarunt ad hujus Deputationis elaboratum, dum statutionem hanc ad triennium suscipiendam sanctioni regiae submiserunt Status et OO. — Asseri inde non poterit, hanc statutionem regni legibus esse contrariam, quae in una Diaeta proposita, et in subsequis comitiis legali sanctione fuit introducta. Satisfacient, mea quidem existimatione Incl. Status et OO. laudabili suo pro felicitate publica studio, si de diaeta in diaetam hunc completandi modum restringant, ut in novis semper comitiis integrum iis sit, nova inire consilia, vires populationemque regni ponderare, et pro circumstantiarum adjunctis eum completandi legiones modum pro-

ponere, quem felicitatis publicae cura exigere quovis tempore videbitur.

## 7.

7.) *Difficultates quaedam, contra statutionem in Diaeta 1802 ad Triennium stabilitam movendae, solvuntur.* Non ignoro, quae adversus hanc statutionem moveantur difficultates. Contrariam eam esse indoli gentis, — seminari per eam aversionis semina adversus jurisdictiones in animis subditorum, — denique evitari non posse, quin statuti istiusmodi per vim ad legiones statum militarem abhorrescant, ideoque precariam esse, quae patria in hos defensores poneret, fiduciam, — multi obijciunt, nec absque omni fundamento. Ideoque, uti fertur, plures Comitatum instructiones eo directe tendunt, ut usitata per triennium statutio pro futuro aboleatur.

Omni quidem laude digna censenda est ea, quam quavis in occasione Status et OO. demonstrant, pro fovenda indole gentis sollicitudo, nec non tenera in adimplendis instructionibus conscientia. Ast evanescent meo quidem iudicio omnes hae difficultates, si, quod fieri facile posset, ea

evitarentur, quae adversus [statutio-  
nem hanc animos gentis suscitarent  
hucusque et irritarent.

Si necessarius quotannis tyronum  
pro legionibus hungaricis numerus in  
comitatus et jurisdictiones juxta cla-  
vim hactenus usitatam (vel aliam fors  
per comitia substituendam) dividatur,  
et is, qui per quamvis jurisdictionem  
statuendus est numerus non uti hacte-  
nus, pro arbitrio humano, sed per  
sortem legeretur, cessaret haec statuo-  
tio, indoli gentis esse contraria, ces-  
saret penitus reprobata, ut fertur, per  
plures instructiones comitatenses *arbi-  
traria statutio*, et in hujus locum *delectus  
tyronum per sortem* lege sanciretur.

Non ignorat sane etiam plebs hun-  
gara, necessarium esse militem; sed  
eo potissimum offenduntur et statuto-  
rum tyronum et consanguineorum ani-  
mi, si pro arbitrio humano e pluribus  
fortuna, moribus et conditione aequa-  
libus unus militiam sequi cogatur, al-  
ter vero immunis laribus suis relinqua-  
tur. Cum sorte nemo unquam conten-  
det, humano arbitrio imputari amplius  
nequit, si sorte unus alterve legatur;

cessabit omnis adversus Jurisdictiones suas plebanorum aversio; et ablegati suis instructionibus satisfecerunt, si delectus hic per sortem in legem referetur.

Id tamen simul lege saciendum esset, ut plebani refractarii erga jurisdictiones, vagabundi, laborem honestum detrectantes aut reprobatum amplectentes, jurgiorum ludorumve sectatores per jurisdictiones suas absque sorte, et quovis tempore ad legiones statui possent. Si id lege diaetali sanciat, non tantum comitatus istiusmodi nocivis hominibus purificabuntur, sed et, siquando unum alterumve exemplum innotuerit, jurisdictiones magis, quam hucusque sedulos, obsequentes pacificosque subditos numerabunt.

## 8.

8.) *Quamdiu vigorem ferendae in praesentibus Comitibus legis perdurare oporteat.*

*Ad triennium et non ultra* suscepere completionis obligationem Status et OO. anno 1802. diaetaliter congregati. Ex supra deductis manifestum jam est, pro suo in communem felicitatem studio huic restrictioni instituisse

Status et Ordines, ut in novis intra triennium celebrandis comitiis ponderare regni vires, circumstantiarum adjuncta et indolem plebis integrum iis foret, utque ponderatis his omnibus quoad numerum et modum completandi nova fors pro re nata Regi media completandi proponerent.

Nemo erit, qui hanc sollicitudinem reprobet; ac ipsa Majestas Sua Sacratissima conservandae Regni Hungarici constitutioni semper intenta pro paterno suo in hocce regnum affectu de ejusdem felicitate et splendore augendo SS. et OO. in Diaeta consulere de triennio in triennium semper dignabitur.

Interea unum tamen experientia edoctus Statuum et OO. consultationi commendandum esse reputo.

Notum est Statibus et OO. elapso isto, quod Diaeta 1802. praefixerat, triennio per Sacratissimam Suam Majestatem nova indicta esse comitia. — Nullus, qui Hungarorum annales pervolvitur unquam, eorumque ferventia studia pro Regni incolumitate cognovit, dubitabit, quin prompti fuissent,

pro sua ante triennium facta promissione Status et OO. *de medijs in statu completo conservandi legiones hungaricas in effectum deducendis* consultare. Ast interrupta concordia haec Regis Regnique consilia inopinata hostilis invasio; lapsum erat triennium; Lex de conservandis in Statu completo legionibus expiraverat; novam ferendi tempus in comitiis non erat, hincque cum omni Regem inter et Status Regni Hungariae concordia Legiones per biennium ferme fuere sine tyronibus, quos defectus earundem expostulasset.

Quod experientia teste anno 1805. contigit, contingere et in posterum quandoque poterit. Si valetudo Regis, si maturanda quaequam nondumque penitus matura negotia ad dimidium — ad integrum annum impedirent Comitiariorum celebrationem, eritne mens Inclytorum Statuum et OO. ut desuper legiones hungaricae absque tyronibus, incompletae remaneant, et siquis interea inopinatae hostis irrumperet, legiones hungaricae incompleto numero eidem opponerentur? — Ego quidem, prout eorum pro defendenda communi

patria fervorem nunquam non suspicatus sum, hanc ab ipsis intentionem longe alienam esse, persuasus sum.

Conciliaretur, uti judico, Statuum et OO. pro patriae felicitate sollicitudo cum eorundem pro legionum integritate studiis, si in praesentibus jam Comitibus sanciretur, ut in tali casu ad exemplum articuli I. §. 2. anni 1802. impedimentis celebrandae Diaetae soli Celsitudini Suae C. R. Regni Palatino indicandis suscepta in praesenti diaeta completandi obligatio non in indefinitum, — sed in praefixum quoddam tempus, intra quod comitia celebranda forent, in vigore suo permaneret.

Difficultates, quae nonnunquam per Colonellos aliosve militares officiales ratione mensurae et staturae Tyronum jurisdictionibus immerito motae fuisse dicuntur, non tanti momenti sunt, ut in gravissimo hocce negotio peculiarem attentionem mereantur. Siquando istiusmodi casus specificus mihi innotesceret, nunquam remedium aequis jurisdictionum querelis foret defuturum. Interim praevie Inclutis SS. et OO. id jucundum fore censeo, quod Majestas

Sua Sacratissima paucis abhinc diebus legem pristinam de tyronum mensura, quae in vanitate militari potius, quam in vero rei militaris commodo fundata erat, eatenus abrogaverit, ut in posterum tyrones quoque 5 pedum et duorum pollicum vexillis adscribere non tantum permissum sed et demandatum sit.

---

## II.

## Incrementa militiae in casu imminentis belli.

## I.

QUANTUMVIS necessarium sit cuique imperio pacis temporibus parata habere arma, ut et vicini ab injuriis inferendis absterreantur, et improvisus fors hostilis impetus propulsari, et validiora interim auxilia comparari queant; indubitatum tamen nihilominus etiam est, tantos, quanti durante bello requiruntur, exercitus, pacis tempore sustineri non posse, cum nec vires aerarii, quod exhaustum et aere alieno oneratum omnia Europae regna dolent, tantis sumtibus pares sint, nec industriae agrorumve cultura permittat, ut

1.) *Necessitas  
augendi exerci-  
tum tempore im-  
minentis belli.*

pacis quoque temporibus tot fortissimorum brachiorum millia laboribus pacificis continuo adimantur.

Oportet ergo augere exercitus, simul ac pacis conservandae spes corruere incipiat, ac bellum imminere videatur.

## 2.

2. *Necessarium  
itidem, ut in tali  
casu celeriter ac  
sine strepitu e-  
xercitus augean-  
tur.*

Ut autem haec exercituum augmenta optato fine non careant, opus est, ut et summa cum celeritate, et absque omni strepitu perficiantur.

Si istiusmodi bellicae praeparationes orbi innotescunt, non raro contingit, ut vicini invasionem suam praecipitent, utque praeparationum nostrarum plenam maturitatem non expectent, sicque bellum, quod alias fors evitandum adhuc fuisset, acceleretur. Si nimia cum tarditate vires bellicae comparentur, hosti saltem tempus nunquam deerit, quaevis remedia conatibus nostris opponendi. Paucis: in casu imminentis belli opus est, ut et celeriter, et, quantum fieri potest, occulte majores, ac solitae sunt, vires comparentur.

3.

Utrumque facile quidem erit in istis imperiis, in quibus Monarchae potestas vel in omnibus, vel saltem in exercendo jure armorum absoluta, et illimitata existit. Promtiora semper sunt remedia, quae ab unius nutu dependent; e contra occulta diutius esse nequeunt, quae multorum consiliis pertractantur.

3) *Ad hoc autem aequae necessarium, ut in tali casu ampla potestati executivae competant jura.*

Palam ex deductis erit, in isto Regno, in quo augmentum rei militaris in regula deliberationi numerosorum coetuum aliquatenus subjacet, necessarium esse, ut saltim pro casu imminenti belli ampliora solitis jura concedantur potestati executivae. Incompatibilis nimirum est cum comitiorum quorumvis publicitate ea, quae in parando bello summe necessaria semper erit, consiliorum et promptitudo et clandestinitas.

4.

Sensere haec Incl. Status et OO. in comitiis 1802. congregati, hincque decreverunt Art. I. §. 2.

4) *Latus in hoc sensu articulus I. §. 2. in Diae. 1a 1802.*

„Ut exercitus iste 64 millium in-  
 „teger hosti, re ita ferente, opponi  
 „possit, ad casum *imminentis* intra  
 „triennium periculi necessitate, soli  
 „suae Celsitudini Regiae Domino Regni  
 „Palatino insinuata, 12000 Tyrones,  
 „absque suppletandi obligatione titulo  
 „anticipatae completionis statuendos  
 „esse. Si vero bello *erumpente*, ultra  
 „praevium 12 mille tyronum numerum  
 „Sua Majestas Sacratissima militem  
 „desideraret, juxta leges regni Diaetam  
 „indicere, et ibi cum Statibus et Or-  
 „dinibus eatenus deliberare digna-  
 „bitur.

Propositum erat Statibus et OO. ea  
 pro casu imminentis belli praeparare  
 media, *ut integer 64 millium exercitus ho-*  
*sti opponi possit*, et absque eo in pro-  
 vinciiis Reservae remaneant, quem in  
 finem 12 mille tyrones pro hoc casu  
 decreverunt.

5.

5.) *Necessaria* Si saluberrimum hoc Decretum in  
*futurae legis tex-* praesentibus comitiis de novo sancia-  
*tura, ut praeci-* tatur, provisum erit necessariae et oc-  
*tatus art. in vi-* cultae ad bellum imminens praepara-  
*gore suo perma-* neat,

tioni, saltim ratione militum. Ampliorem *bello durante* exercituum adauctionem exemplo Majorum semper offerent Incl. SS. et OO. Regi suo in comitiis, quae manifesto semel bello celebrare Majestas Sua Sacratissima nunquam recusabit.

Caeterum hoc circa objectum ponderanda ab Incl. SS. et OO. censeo ea, quae supra de modèrno statu legionum hungaricarum dicta sunt.

Diminuit Majestas Sua Sacratissima, paternis pro felicitate Regni Hungariae curis animata, militum hungarorum numerum, ita ut 9 millibus modernus status inferior sit, ac fuerit anno 1802. Perfruetur Regnum Hungariae, cum summo emolumento, quamdiu alma pax florebit, hac diminutione. Ast latere non potest Inclytos SS. et OO. ideo in casu imminentis belli minores vires in posterum non posse praeparari, ac in Diaeta 1802. decretae fuerunt. Necessarium igitur foret, ut praefati art. I. §. 2. in suo vigore conservetur, decernere, *ut in casu imminentis belli, necessitate Soli Celsitudini Suae Caes. Reg. indicanda* 1) supplementum ad sta-

tum legionum hungaricarum qui fuit anno 1802, et 2) dein ultra hunc statum adhuc 12 mille Tyrones essent statuendi, et quidem titulo anticipatae completionis ita, ut si pacem conservari contingeret, utraque haec statutio a futura statutione tempore pacis solita deduceretur, et regnum Hungariae tandiu ab ulteriori statutione esset liberum, usque dum legiones Hungaricae ad modernum 55 millium statum essent reductae.

## 6.

6) *De servis rei tormentariae, vecturariae, et clitellariae in casu imminentis belli.* Unum hic Inclytorum SS. et OO. uti et Excelsorum Procerum et dilectissimi fratris mei Regni Palatini decassatione dignissimum esse censeo.

In casu imminentis belli praeter *mitantium* numerum necessario non minus requiruntur et homines et animalia, sine quibus arma virique moveri nullatenus possunt. Connumerandi sunt hic servi rei tormentariae, rei vecturariae, rei que clitellariae, nec non equi et vecturarii et clitellarii. Ratione servorum et equorum discernen-

dum est, quid necessarium sit singulis legionibus, ut moveri possint, quid pro re vecturaria et clitellaria totius exercitus requiratur.

Non ponderato hoc essentiali certe discrimine decrevit Diaeta 1802. citato art. I. §. 2. generatim:

„*Conductione* Tormentariorum, clitellariorum et vecturariorum instar spondaneorum servitorum post duodecim millia tyronum statuta absque ulla in jurisdictiones repartitione, et salvo articulo 19. 1791. Suae Majestati Sacratissimae integra permanente.

Minor horum servorum numerus, quibus Legiones, ut moveri possint, indigent, non minus, immo citius necessarius est, ac ipsi militantes; Conductionum effectus uti tardus semper est, sic certus nunquam. De caetero, cum salva constitutione Inclyti SS. et OO. statutionem militum in casu imminenti belli decreverint, nullum superest dubium, quin et salva constitutione statui possent ex ea classe homines, qui non quidem servitio militari, sed omni-

no servitio rei tormentariae vecturariae et clitellariae apti adinveniuntur. Neque difficile erit, sufficienti numero istiusmodi homines reperire, cum ratione mensurae, minorum corporalium defectum et aetatis non eadem anxia cura ac ratione militum desideretur.

Utile igitur, imo et necessarium ego quidem reputo, ut in casu imminentis belli, necessitate itidem Suae Celsitudini Caes. Reg. Regni Palatino insinuata, istiusmodi servi eo numero, qui ad primam legionum hungaricarum motionem absolute est necessarius, pro tempore belli statuuntur.

Caeteros istiusmodi servos, qui pro integro requiruntur exercitu, cum eorum necessitas non in tanta celeritate urgens sit, ad conductionem juxta superius citatum articulum 1802. aut ad Diaetam merito remittent Inc. SS. et OO.

## 7.

7.) *Uti et de equis.*

Idem, quod ratione servorum indicatum est discrimen, observandum quoque est ratione equorum. Equi, quos res vecturaria totius exercitus exigit,

emantur convento pretio ab omnibus  
spontanee vendentibus. Eos autem, quos  
res vecturaria et clitellaria legionum  
expostulat, statuere militares rationes  
maximopere suadent. Solvendi tamen  
essent extemplo in usitato per Regnum  
pretio, quod ad praecavendas omnes  
vexas praescribendum esset per Cel-  
situdinem Suam Caes. Reg. Regni Pa-  
latinum, quem inter et supremum in  
Hungaria armorum praefectum modus  
quoque et reliquae statuendorum equo-  
rum conditiones, pertractandae essent.

---

## III.

## Capitulatio militum hungarorum,

## I.

i) *Humanae* **D**EMANDARUNT 1790/1. Status et *Statuum et OO.* OO. peculiari Deputationi talem proponere modum conservandi in statu *circa Capitulationem ideae jam* completo legiones hungaricas, qui *pridem manifestatae.* *indoli gentis maxime conveniat.* — In eodem spiritu humano et liberali dispositum fuit, ut Deputatio ideam ratione Capitulationis elaboret.

Quam intimo nexu haec Capitulatio cum indole gentis cohaereat, insigni gens hungara exemplo et experimento demonstravit.

Obtulerant Status et Ord. 1796. inter caetera generosa offerta Tyronum 50 millia, utque acceleraretur eorum statutio, promiserunt tyronibus dimissionem confecto bello.

Non terrebant belli pericula, sublata perpetua servitii militaris obligatione convolabat ad arma intrepidus Hungarus. —

Novere tunc Hungari indolem gentis; haecque indoles indubitato modo se se comprobavit.

2.

Perpetua militum obligatio post 2.) *Introductum in exercitu Caesareo Regio per-* medium saeculi decimi octavi exerciti- *petui servitii mi-* tibus Caesareo Regiis, exemplo a Bo- *litaris systema* russia hominum penuria laborante de- *perniciosissimum exstitit.* prompto, obrepsit, non lege clara, sed per legislaturae ambages. Renitebatur semper oneri huic subditorum in Monarchia austriaca indoles. Non poterant non sentire, populationem Monarchiae austriacae sufficere, ut diviso inter plures militaris servitii onere, capitulatio singulis indulgeretur. Indubitate haec veritas ex eo promana-

bat, quod dum unus perpetua stipendia merebatur, plures conditione aequales ex integro manerent liberi. Quod quisque praevidere facile poterat, contigit, ut indignus nationibus pavor status militaris populos Monarchiae repleverit, et ut, borussico solo exercitu excepto, nullus alius tantam vexilla sua deserentium jacturam pateretur, ac exercitus Caesareo-Regius. — Miles, absque propriis facultatibus, vexilla, quae redemptionis spem denegabant, deseruit persuasus, in quavis alia regione saltem temporaneam militiam esse sperandam.

## 3.

3) *Indulta Capitulatio legionibus germanicis et hungaricis.*

Hungariam quod attinet, posita fuerit prima capitulationis fundamenta anno 1790/1., — Concessa expresse fuit jam anno 1796. tyronum 50 millibus; restituta anno 1801. pace longe maxima Hungarorum militum pars ex iis, quibus capitulatio pro tempore belli indulta fuit, consistebat; — gaudebat aequali beneficio legio venatorum Tirolensis, gaudebant austriaci

anteriores. Necessarium erat, ni caeteri milites extremae desolationi tradi vellent, per universum militi Caesareo-Regio hanc indulgere gratiam; — perfectum id est per Patentales Majestatis Suae Sacrat: de 4-ta Maji 1802. pro germanicis provinciis; — ratihabitum id fuit in Diaeta eodem anno celebrata pro milite hungaro. Quod, Borussia excepta, per omnem vix non orbem vigeat, — cujus in monarchia austriaca primum jam antea Hungaria exemplum dederat, id nunc generali lege in Monarchia sancitum fuit.

## 4.

Proinde omnes, qui abhinc quinquennio statuti sunt, milites et germani et hungari litteras ita dictas Capitulatorias receperunt; — praeter eos reperiuntur adhuc in legionibus hungaricis octo circiter millia ex ingenti eorum numero, quibus post annum 1796. dimissio recuperata pace fuit promissa Neque istis, neque his promissa publice fides frangi poterit. Sola itaque quaestio de statuendis in po-

4.) *Revocari absque summo detrimento nequit.*

sterum moveri posset, si de capitulatione abolenda agatur. Ast si et his denegaretur Capitulatio, desperarent, miseram suam sortem cum ea tot aliorum in eadem legione eademque centuria servientium comparantes?

## 5.

5) *Vanus est timor, ne per Capitulationem vel industria detrimentum ea* Et quae tandem motiva durae ad-  
*piat, vel popula-* eo dispositionis existant, ut non de-  
*exhauriatur.* negetur Capitulatio, sed concessa jam  
 revocetur?

Nec metus, a) ne per Capitulationem numerus statuibilium, et ad arma capessenda aptorum nimis exhauriatur, nec iste metus b) ne dimissi Capitulantes otiosi, refractarii, vagabundi evadant subditi, — magni satis ponderis esse videtur. Nam primum a) quod attinet, dictum jam est, quod juxta modernum Legionum hungaricarum statum *centesimus trigesimusque* ex universa ignobilium populatione sit militaris; et si assumatur, annum in legionibus hungaricis defectum comprehensa simul annua emeritorum Capitulantium dimissione ad 8 millia esse

ascensurum, tunc circiter *nongentesimus et quadragesimus* ex universa ignobilium populatione quotannis in Tyronem esset eligendus, qui quidem numerus pacificis laboribus sensibilis esse nunquam poterit. — Quodsi non universae populationis, sed in sensu stricto statuibilium ratio ineatur, ex eo, quod mihi productum fuit, ultimae animarum numerationis summario patet: ejusmodi statuibiles, demtis jam servis nobilium, trecenta triginta millia superare. In priori igitur supposito, quovis anno necessarios fore 8 mille Tyrones, ex hisce statuibilibus vix quadragesimus quisque in Tyronem quotannis eligendus foret.

Octo autem millia Tyronum quotannis necessarii, tempore pacis, rarissime erunt, cum magna pars militiae, et equis praecipue assueti, et melioris sortis domi suae spe destituti iteratam inire capitulationem praefereant.

6). *Aequè vanus timor, ne dimissi laboris sint pertaesi, aut obpervicacem resistantiam formidandi.*

Neque id b) quod de moribus dimissorum otiosis, refractariis &c. timetur, majoris momenti esse existimo.

Sanciant legem praesentia comitia, ut Capitulantes dimissi, qui otiosi, vagabundi, operibus prohibitis dediti, inobedientes et refractarii deprehenduntur, de novo absque sorte ad legiones statuuntur, (prout per puncta normativa Art. 1. diaetae 1802. annexa jam sancitum erat,) et omnis iste metus vanus adparebit.

Resistentiam serioris momenti quis formidet ab aliquot hominum millibus, sine armis, sine duce, sine nexu inter se, dispersorum in regno quatuor miliarium quadratorum millia superante et inter  $7\frac{1}{2}$  hominum milliones?

Non formidabantur ita dicti capitulantes bellici, quorum, paucorum annorum spatio, triginta et plura millia postulantiibus jurisdictionibus dimissionem suam obtinuerunt. Ecceur magis formidandi videantur ii, qui in posterum dimittentur numero certe quotannis minori, quam annis 1803, 1804 et 1805 dimissi fuere?

Si de novo completandi modo, de firmitate capitulationis, adeoque de successiva militum hungarorum dimissione decreverint praesentia comitia, tunc prima quidem vice major tyronum quantitas eo ex capite legionibus necessaria est, quod intermissa per completum ferme biennium suppletatione plures legiones praecipue pedestres infra memoratum jam saepius statum pacis devenerunt. Exaequat hic defectus juxta tabellas nuper mihi propositas octo circiter millia.

7). *Generales quaedam observationes, dimissionem militum hungarorum concernentes.*

Praeterea numerantur totidem circiter, qui restant adhuc ex capitulantibus bellicis, quorum respectu satisfieri aliquando oportet fidei publicae. Utrum autem hi vel junctim uno anno, vel in duos annos divisi per biennium dimittantur? — dijudicandum erit per Inclytos Status et OO. junctis cum Regni Palatino et Excelsis Proceribus consiliis, quorum erit ponderare, utrum non in primo casu gravis aliquantum evaderet Tyronum prima vice statuendorum quantitas.

Dimissis hisce Capitulantibus bellicis et novis in eorum locum Tyronibus substitutis, ratio eorum Veteranorum habenda erit, qui jam ante annum 1796. Stipendia merebantur, nulla tamen publica dimissionis sponcione gaudentes, quam ob rem Capitulantibus quoque bellicis licet novioribus in Legione sua ratione dimissionis postponentur. Horum Veteranorum dimissio tali modo in subsequos annos esset repartienda, ut non nimius et aequalis quotannis numerus dimitteretur, usque dum eorum, qui ab anno 1803. statuti fuerunt, dimissio inchoaret.

Haec sunt, quae ratione Capitulationis ab Inclitis SS. et OO., ab Excelsis Proceribus et Dilectissimo fratre meo Regni Palatino uberius ponderanda essent.

Decretos jam nunc militarium stipendiorum annos novis decretis immutare nec necessarium nec utile censeo; diversae sortis essent futuri Tyrones Hungari ab iis, qui jam in legionibus ab anno 1803. stipendia merentur, — diversi a milite germanico. Diversitas sortis inter hominès alias aequales odia

parit; — crebrae legum permutationes  
et varietates auctoritati leges ferentium  
semper sunt nocivae. Praeterea omnium  
eorum, quibus mature perpensis mili-  
tari Servitii spatium anno 1802. prae-  
figebatur, nihil hucusque fuit immu-  
tatum.

---

## IV.

# Insurrectio.

---

### I.

1.) *Insurrectio- nis Obligatio*, obligatione multiplices loquuntur leges *Rationes, cur effectu saepe caruerint insurrectiones.* **D**E personali Nobilium insurgendi diaetales. — Neque ullus hodie dum de hac obligatione ambigit. Verum de eo agendum est, ut molimen tantarum impensarum futuris temporibus optato eo, quem gloria gentis hungaræ exigit, semper effectu coronetur.

Eae fuerunt novissimorum temporum aerumnae, ut ter repetitam brevissimo Spatio viderimus insurrectionem.

Non defuit certe annis 1797. 1800. et 1805. parata Hungarorum ad omnia voluntas, non fervor pro patriæ splen-

dore conservando et augendo; non defuisset re ita ferente virtus genti innata.

Ast uti hodiedum geruntur bella, ubi praecipites sese subsequuntur operationes, et hostis paucis hebdomadibus et ferme diebus torrentis ad instar inundat non provincias modo, sed regna, deerat ter, et deerit semper tempus sese colligendi, vestiendi, armandi, exercendi, — deerit tempus praeparationum necessariorum, nisi et ratione insurrectionis nunc jam consilia ineantur, et necessaria praeparantur prius, quam hostis ante portas minitetur.

Dum hac super re consilia mea depromo, vereor aliquantum, nequid fors, quod vel constitutioni huius regni, vel indoli huius gentis minus videretur consentaneum, calamo obrepit. Ast sincera noscent mea studia lecturi haec et Incltyti SS. et OO. et Excelsi Proceres, et dilectissimus frater meus Regni Palatinus, quorum uberiori consultationi alias haec sensa mea remitto.

2.) *Proposita consilia pro ampliori effectu in posterum assequendo.*

Multum, meo iudicio, ad optatum finem conferret, si

a) Crearentur juxta Comitatus, tempore pacis, Phalanges ex istiusmodi hominibus, qui in politica animarum numeratione numero statuibilium adscribuntur;

b) Si Phalanges istae quotannis eo tempore, quo agricultura eis non indigeret, armis adsuescerent, et prima exercitii militaris rudimenta caperent.

c) Si ex ipsis his Phalangibus semper defectus legionum hungaricarum per sortem tempore pacis suppleretur, — defectus autem Phalangum ex classe statuibilium.

3. et 4.) *Qua ratione dimissi Capitulantes hunc in finem conferre possent.*

d) Capitulationis tempus pro milite regulato maneret immutatum, ast emeriti primam Capitulationem si dimissionem peterent, ad Phalanges reservales transirent pro decennio ea quidem ratione, ut si proximo triennio bellum erumperet, in partem istius, quae pro casu imminentis belli diaeta-

liter decreta jam esset, augmentationis bellicae statuendi essent, ad ipsas Legiones, sed non nisi pro tempore belli; sequenti septennio eiusmodi emeritus non quidem Legionarium amplius, sed re ferente in insurrectione servitium praestabit. Secundam autem capitulationem in Legionibus emeriti ad Phalanges reservales inviti non pertraherentur.

4.

c) E numero statuibilium tales Reservis adscriberentur, qui decimum octavum inter et quadragessimum annum aetatis versantur. Confecto anno quadragesimo ii, qui milites regulati nunquam erant, e Reservis egrederentur eo sensu, ut legionibus adscribi amplius non possent; attamen et horum respectu obligatio, re ita ferente, serviendi in insurrectione non cessaret.

E Reservis in Legiones transferendi praepriis ii essent, qui aetatis annum tricesimum nondum superarunt.

In casu imminentis belli augmentatio ex iisdem pariter Reservis desu-

menda foret, uti et ii Tyrones, qui durante fors bello per Diaetas Regni conceduntur.

## 5.

5) *Quinam in Insurrectione serviant?*

f) In insurrectione, re ita ferente, militarent 1) omnes actu in Reservis existentes, assumta jam imminente bello praeve ex his reservis comitatensibus integra illa augmentatione, de qua inter praesentes disquisitio II-da §. 5. egit. His, si fors serius adhuc legionibus adscriberentur, unius anni expeditio in insurrectione facta pro integro anno legalis temporis in militia regulata computanda veniret. 2) Nobiles nullius aut minoris admodum substantiae, qui non alio modo insurrectionis obligationi satisfaciunt.

## 6.

6) *Generalla qua. dam monita.*

Haec mihi ferme generalia videntur principia, vi quorum insurrectiones futurae eum in modum praeparandae essent, ut occasione data Monarchiae securitati confidi posset, et avitae gentis hungarae gloria non conservare-

tur modo sed et cresceret. Si haec  
 principia generalia diaetali sanctione  
 munirentur, Inclytorum Statuum et  
 OO. esset uberiora proponere consilia  
 de harum Reservarum robore, de ea-  
 rum Repartitione in Comitatus et juris-  
 dictiones, de earum concentratione et  
 exercitio annue ordinandis, de officia-  
 libus e Nobilium et Comitatus gremio  
 eligendis, de procurandis et asser-  
 vandis per comitatus armis, de vesti-  
 mentis, de aliquo pro tempore annui  
 exercitii stipendio.

Integrum hoc negotium in linea su-  
 prema a dispositionibus Celsitudinis  
 Suae Caes. Regiae Regni Palatini de-  
 penderet, qui quotannis, et quoties ne-  
 cessarium fuerit, ad Sacratissimam Ma-  
 jestatem Suam de rei successu referret.

---

## V.

De militum hungarorum sub-  
sistentia, et de Regula-  
mento.

## I.

1.) *Sequelae,* **A**GNOSCUNT in praesentibus Comitibus  
*quas extrema* Incliti Status et OO., quod aliunde  
*caristia pro re* latere neminem potest, impossibile pe-  
*militari habet.* nitus esse, ut miles defixis jam ante  
 plura decennia stipendiis sustentare  
 se possit pretiis omnium rerum inter-  
 ea in triplum vel quadruplum auctis.  
 Exhaustitur aerarium per ea, quae sub  
 diversis nominibus militi in numerata  
 pecunia persolvi debent, caristiae ad-  
 jumenta, praeterquam quod vestimen-  
 ta, panes et reliqua, quae militi in

natura praebentur, longe majores ac ante expensas aerario ereent.

Non moror hic difficultates, quibuscum altissimum luctatur aerarium. Non cohaerent immediate commisso mihi per Majestatem Suam Sacratissimam muneri.

Ast sunt aliae caristiae hujus sequelae, quae immediate sustentationem et militis et officialium tangunt, et non raro necessarias militares dispositiones impediunt. — Desuper ideas meas pro uberiori Inclitorum SS. et OO. consultatione praesentibus communico.

2.

Praescripta est diaetaliter in Regno Hungariae contributio ad satisfaciendum impensis pro milite stabili necessariis, haecque contributio jam pridem pro rerum circumstantiis adaucta quoque fuit.

2.) *Regulamentum militare in principio Hungariae Regno saluberrimum.*

Ad facilitandam contribuenti solutionem Contributionis et ad stabilendam sortem militum in Hungaria introductum est *regulamentum* multarum jam

a pluribus annis discussionum et contentionum origo.

Eo, quo hoc Regulamentum conditum fuit, tempore comitatus summae sibi utilitati fore reputabant, si magna militum copia intra comitatus sui fines in plano dislocaretur. Pretium regulamentare, quod pro pane, avena, foeno militi subministratis persolvebatur, pretia in regno usitata exaequabat; per hanc dislocationem contribuens opportunitate gaudebat, subministratis domi sensim naturalibus maximam Contributionis suae partem persolvendi. Quantacunque igitur fuerit in Regno Hungariae et in singulis Comitibus militum dislocatio in plano, querelarum nec occasio inde oriebatur, nec materies, cum potius Regnum et eius partes, quo numerosior erat miles, eo magis nummorum, quorum penuria tunc Regnum laborabat, circulationem viderent adauctam. Hincque septimo et octavo elapsi saeculi decennio ingens copiarum numerus testantibus actis in plano Hungariae erat dislocatus.

## 3.

Nulla lege quidem, mea opinione, prohiberetur Majestas Sua Sacratissima totidem et in posterum in plano erga sustentationem regulamentarem dislocare copias, ac praefatis temporibus dislocatae erant. 3.) *Aucto autem rerum pretio funestum.*

Ast sensit quoque pro paterna sua teneritudine Majestas Sua, hanc dislocationem olim exoptatam a comitatibus gravissimo jam iis esse oneri, quibus prae caeteris magna militum quantitas imponatur; hincque confecto ultimo bello annuere clementissime dignata est, ut ratione dislocationis et sustentationis regulamentaris Regno Hungariae majus non imponeretur onus, quam quod annis 1802 et 1803. reapse pertulisset.

Quamvis autem ex clementissima hac resolutione multum oneris in aerarium redundet, et quantumvis per multiplicatam aerariam militum sustentationem in vero pretio aerario magis magisque impossibile fiat, militum sortem per integrum alleviare, cautum tamen per id non fuit, neque praeca-

veri potuit, quominus Comitatus unus prae altero maxime praegravetur, cum pretium regulamentare in Concreto Regni vix tertiam, imo non raro vix quartam veri pretii partem constituat. Neque impediri hae Comitatum praegravationes poterunt, quamdiu non aliud in locum pristini substituatur Regulamentum, cum exhaustum tot aliis expensis aerarium solvendo majori pretio regulamentari non sufficiat.

## 4.

4.) *Una propositio, quae malo mederi videtur, minus apta esse ostenditur.*

Removeri posse difficultas videtur forsitan, si contributio ex concreto Regni percipienda eum in modum augetur, ut pretium regulamentare vero pretio posset adaequari. Ast praeterquam quod aliquod contributionis augmentum necessarium sit ad persolvenda militi hungaro caristiae adjumenta, ad satisfaciendum majoribus vestimentorum, armaturae aliorumque requisitorum pretiis; — et quod, si et pro ratione naturalium caristiae augeri vellet pecuniaria contributio, vix toleranda evaderet contribuenti, — con-

siderandum mature est, pretia rerum quotidie variari, neque possibile esse, siquando per quemcunque casum caristia praesens cessasset, ut plebs hungara eam, quae nunc decerni deberet, contributionem persolvat.

## 5.

Consultius itaque existimarem, si non mutato pretio regulamentari medium adinveniretur, quo onus hocce in singulos Regni Comitatus aequali calculo, absque omni variantis dislocationis respectu, divideretur. Minuuntur onera, dum inter plures dividuntur.

5.) *Alia propositio, pro sublevando Comitatum onere.*

Id fors facillime eo modo effectui dari valeret, si nec militi immediate *per plebem* panes, nec equis avenae foenique portiones, sed defigenda certa frugum, avenae foenique quantitas in pretio regulamentari *per Hungariae Regnum in concreto* subministraretur, haecque quantitas per Inclitos SS. et OO. pro sua Regni et singularum ejus partium cognitione in singulos Comitatus subdivideretur. Haec naturalium quota

eadem semper per eundem Comitatum foret persolvenda, quantumvis et pretia rerum, et militum dislocatio vararent. Militum autem sustentatio tunc absque omni ulteriori comitatum onere militaribus annonae officialibus incumberet.

Levius meo quidem iudicio foret hoc onus Comitatum, quam si pro ratione caristiae frugum pecuniaria contributio augetur, aerario autem non minor, ac per paratae pecuniae solutionem utilitas accresceret, ut in aliis dein viis inopi succurri militiae posset.

## 6.

6.) *Qua simul et militares dispositiones saepe promoverentur.*

Alia insuper, si haec decerneretur immutatio, difficultas gravissimi momenti evanesceret. — Consilium Regium locumtenentiale partem praecipuam in disponenda militum per Hungariam dislocatione praetendit, ac in praesenti rerum statu necessario suae petitioni insistit. Quis enim praeter hoc consilium Regium vires et Regni et singulorum comitatum, quid ferre possint singuli, ubi sint necessaria, quibus vivat

vivat miles — —, quis nisi istud Consilium Regium omnia ista juste ponderabit? — —

Neque etiam mutato rerum statu, si militum sustentatio per totum a rei militaris administratione dependeret, abnuerem cum consilio Regio locumtenentiali de dislocationibus pertractare, — persuasus, tunc prosperrime rem geri publicam et maxime felicitati Regnorum consuli, si diversae, quae negotia publica gerunt, administrationis partes intima inter se harmonia cohaereant.

Ast sunt saepe, sunt jam nunc tempora, ubi crebrae et non raro tam subitae et inopinatae dislocationum mutationes absolute fiunt necessariae, ut nequidem per ordinarias militarium dicasteriorum vias disponi, multo minus consultare desuper dicasteria politica queant. Circumdati omni ferme ex parte sunt belligerantium exercitibus limites Monarchiae; — populi insurrexere adversus Monarchas suos. Turbulenta undique rerum facies, et loca et scena confusionum de die in diem mutantur; summa semper providentia

opus est, ut lares nostri ab his calamitatibus vicinorum maneant immunes; munire oportet limites semper eos, in quorum vicinia bella saeviunt, ne victor victusve spreta neutralitatis lege territorium Majestatis Suae Sacratissimae violet.

In ejusmodi rerum circumstantiis celerrimae non raro requiruntur dispositiones, quae consultationum moram non patiuntur.

Ast et urgentissimae ejusmodi dispositiones impossibiles nonnunquam evaderent, si militum hinc inde movendorum sustentationi provisum non sit.

Sublata essent omnia hujus generis impedimenta, si universa sustinendorum militum cura militari administrationi foret concredita.

## 7.

7.) *Quaedam generalia circa Regulamentum monita, et Epilogus.*

Haec dum generalia consilia, ratione sustentationis regulamentaris delineavi, non ignoro, multa esse adhuc, quae penitius enucleanda et exactius ponderanda essent; uti quantitas totalis naturalium a Regno Hungariae ministrandorum, repartitio ejusdem in

Comitatus, fors et subrepartitio in Jurisdictiones, ratio in repartitione habenda Comitatum minus fertilium.

Ast non deerit Statibus et OO. pro his omnibus Consilium; — dummodo generalia desuper principia constituentur. Specialiora per commissionalem concertationem facili via disponentur, si singula Commissionis membra pro scopo habeant: *ut salutis publicae et servitii maxima incrementa cum minimo subditorum onere promoveantur.*

Decretis semel per Diaetam generalibus principiis opus esset, ipsum Regulamentum Commissionis iudicio commendare, eidem Regulamento addere — detrahere — supplere, — mutare in isto, prout in omnibus modernae rerum circumstantiae, rei militaris organizatio, et populorum salus exigent: paucis: novum condere Regulamentum necessarium erit.

In quantum elaboratum istud, quod circa regulamentum militare jubente Diaeta de 1790/1 Deputatio propria perfecit, desideriis istis satisfecerit, ignotum mihi penitus est.

Ast nullus dubito fore, ut pro Sua in felicitatem publicam et in patriae defensores teneritudine Status et OO. prompta et efficacia ad hos fines consequendos proposituri sint auxilia, quibus omnes istae, quae hucusque saepe inter rei militaris et politicae administrationes oriebantur, dissensiones et controversiae aboleantur, et utraque concordibus et communibus consiliis, quod bonum, justumque est, sua deat, et quod militum civiumque utilitati Regnique commodo et splendori conducit, disponat et exequat.

Dum de praecipuis militaribus negotiis haec sensa, consilia, has ideas pro uberiori deliberatione communico, longe a me alienum est, ut dilectissimi fratris mei Regni Palatini — ut Excelsorum Procérum — ut Inclytorum Statuum et Ordinum sollicitudini de rei publicae incrementis adversari velim. Utile esse censui, pro viris, qui patriam ejusque necessitates viresque ex asse noverunt, ea communicare, quae statum militarem Hungariae concernunt et iisdem fors minus nota esse possent; — Utile censui, sincere

necessitates status militaris et vota  
administrationis militaris indicare pro  
illo patriae Senatu, qui itidem sine-  
ra sua consilia pro regni defensione  
et incolumitate Majestati Suae Sacra-  
tissimae propositurus se congregavit.  
Unus mihi, uti Statibus et OO. et cui-  
vis Hungaro scopus est, ut Monar-  
chiae Austriacae et Regni Hungariae  
independentia, felicitas, gloria firmis  
innitatur fundamentis, utque in aevum  
conservetur, floreat, crescat, — ut  
optimi Regis circa haec intentiones  
vere paternae adimpleantur; — ut pa-  
ratas, unitas, formidandas Hungaria  
Europae ostendat vires, quae certissi-  
mum conservandae pacis pignus etiam  
inter tot belligerantium populorum stre-  
pitus constituunt, quae ab injuriis ex-  
teros absterreant; quae denique, si  
unquam exoptata pace perfrui amplius  
non concederetur, hostis cujusvis im-  
petus reprimerent, et superbiam de-  
bellarent, ne unquam, quod mecum  
omnes potius sanguine suo avertere  
essent promptissimi, ne unquam gloria-  
ri inimicus queat, subjectae se domi-  
nari Monarchiae Austriacae, — disper-

sisse potentiam, quae tot saeculis popu-  
lorum unione permansit intemerata,  
— subegisse se Hungariam, ejusque  
Constitutionis tabulas eradicatas, li-  
bertates invicti hucusque populi esse  
deletas.

C A R O L U S

*Generalissimus.*

Pr

1.  
2.)  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.

# Conspectus totius Relationis,

---

## Prologus.

### I.) *Completatio Legionum hungaricarum tempore pacis.*

	Pag.
1.) Historiae rei militaris in Hungaria conspectus	11
2.) Agnita in diætiis hungaricis stabilis militiae necessitas	13
3.) Lex desuper in comitiis 1802. lata	17
4.) Cujus vigor labente triennio expiravit.	18
5.) Robur modernum Legionum hungaricarum relatum ad populationem Regni Hungariae	19
6.) De modo conservandi in statu completo Legiones hungaricas	22
7.) Difficultates quaedam, contra statutionem in Diaeta 1802. ad Triennium stabilitam movenda, solvuntur	26
8.) Quamdiu vigorem ferendae in praesentibus comitiis legis perdurare oporteat	28

### II.) *Incrementa militiae in casu imminentis belli.*

1.) Necessitas augendi exercitum tempore imminentis belli	33
2.) Necessarium itidem, ut in tali casu celeriter ac sine strepitu exercitus augeantur	34
3.) Ad hoc autem aequè necessarium, ut in tali casu ampla potestati executivae competant jura	35
4.) Latus in hoc sensu Articulus I. §. 2. in Diaeta 1802.	35
5.) Necessaria futurae legis textura, ut praecitatus Art. in vigore suo permaneat	36
6.) De servis rei tormentariae, vecturariae, et clitellariae in casu imminentis belli	38
7.) Uti et de equis.	46

### III.) Capitulatio militum hungarorum.

- 1.) Humanae Statuum et OO. circa capitulationem ideae jam pridem manifestatae 42
- 2.) Introductum in exercitu Caesareo-Regio perpetui servitii militaris systema perniciosissimum extitit 43
- 3.) Indulta capitulatio legionibus germanicis et hungaricis 44
- 4.) Revocari absque summo detrimento nequit 45
- 5.) Vanus est timor, ne per capitulationem vel industria detrimentum capiat, vel populatio armis idonea exhauriatur 46
- 6.) Aequè vanus timor, ne dimissi laboris sint pertaesi, aut ob pervicacem resistantiam formidandi. 48
- 7.) Generales quaedam observationes, dimissionem militum hungarorum concernentes. 49

### IV.) Insurrectio.

- 1.) Insurrectionis Obligatio. Rationes, cur effectu saepe caruerint insurrectiones 52
- 2.) Proposita consilia pro ampliori effectu in posterum assequendo 54
3. et 4.) Qua ratione dimissi Capitulantes hunc in finem conferre possent 54
- 5.) Quinam in Insurrectione serviant? 56
- 6.) Generalia quaedam monita 56

### V.) De militum hungarorum subsistentia, et de Regulamento.

- 1.) Sequelae, quas extrema caristia pro re militari habet 58
- 2.) Regulamentum militare in principio Hungariae Regno saluberrimum 59
- 3.) Aucto autem rerum pretio funestum 61
- 4.) Una propositio, quae malo mederi videretur, minus apta esse ostenditur 62
- 5.) Alia propositio, pro sublevando comitatum onere 63
- 6.) Qua simul et militares dispositiones saepe promoventur 64
- 7.) Quaedam generalia circa Regulamentum monita, et Epilogus 65

# Tudományos Jelentés.

**A'** legfontosabb, mivel az ember foglalatoskodhatik, az emberi élet; ennek működését leginkább megismerhetni a' historiából, a' multnak tükréből 's a' jelennek vezéréből. Ki a' jelennek hasznos kíván lenni, annak az előtte élt emberek' életét, törekvését, hatását, irányzatát 's ezeknek következményjeit szellemi szemekkel vizsgálni 's felfogni szükséges, hogy lássa: mi vala hasznos, mi vala ártalmas hasonló körülményekben, minthogy a' jelen mindenkor a' multon épít. A' történet azon kötetlék, melly a' jelent a' multtal egybekapcsolja, melly nemzeteket — az Isten' szép földjén — ugyan annyi családokká alkot. A' történet az erény' szeretetét magos példák által táplálja, feltartja; a' rosszat, ennek sármalmas következetét kiemelvén, kerülni tanítja. Az embernek méltóságát, minden teremtetek felett, leginkább a' történet bizonyítja be, mivel egyedül az embernek adatott — nemének kifejlését, haladását, jó vagy bal sorsát, egy szóval minden viszontagságait — nyílt szemekkel látni.

Mind ezeket az alól irtt kiadók mélyen érezvén, egyszerűs mind tapasztalván azon hiányt, melly literaturánk' ezen megyéjében napról napra, a' külföldiek előhaladásának egybehasonlítása mellett, érezhetőbb lesz; tetemes áldozatokkal és sok költséggel eltökélték magokat ezen című munkának:

## NEMZETEK' TÖRTÉNETE TÁRA,

irta

*Kovacsóczy M.*

az előfizetés után való közrebocsátására. Ezen gyűjteményben minden jelesb nemzetnek történetét napjainkig külön külön, szükséges de nem száraz rövideggel kívánjuk adni, a' következő renddel:

1—2. köt. Anglia' története.	14—17. köt. Magyarország.
3—4. „ Franciaország.	18. „ Helvetia.
5—7. „ Németország.	19. „ Bajorország.
8—9. „ Spanyolország.	20—21. „ Lengyelország.
10. „ Portugallia.	22—23. „ Törökország.
11. „ Németalföld.	24—25. „ Oroszország.
12—13. „ Olaszország.	

Az előfizetők nem köteleztetnek az egész munkának megvételére, csupán csak egyes birodalmaknak egész történetét magában foglaló kötetekre tartoznak az előfizetést letenni, 's ha ezek a' várákozást megérdemelték, folytathatják a' többiek' megszerzését. Minden kötetért 1 f. 30 xrt. pengő pénzben határoztuk. Az első kötet' megjelenése után ára 3 forint lesz p. p.

Az egész, nagyobb nyolczadrétű alakban, tiszta papíron 's csinos betűkkel 20—25 íves kötetekben jelen meg.

Tekintetes Nemes Abauj vármegyének Karai 's Rendei a' jó 's hasznosnak mindenkor kész, mindenkor lelkes előmozdítóji 's a' haza nyelvének fényes áldozatok mellett hű 's rendíthetlen ápolói kegyeskedtek a' munka ajánlását elfogadni, 's annak elterjesztésére ügyelni. Megkértek ez iránt hazánknak minden vármegyéi, 's azért az előfizetés minden T. N. megye' főjegyző- hivatalától, továbbá a' M. Fűspökségek' titoknokaitól, hiteles könyvárústól 's e' végre különösen megkért uraktól elfogadtatik.

Az előfizetés' díját Julius 1ső napjáig biztos alkalommal elvárjuk. Példányját kiki ott veendő, a' hol előfizetett.

A' munkának több kötete elkészülve vizgálat alá bocsátatott, mind ez több éveknek biztos kalauzok után nagy fáradsággal szerzett gyümölcse; kinyomtatására minden előkészületek megtétettek, 's így elmaradását a' hidegség és részvétlenség okozhatná csak, ellenben a' szíves ápolás siettetni fogja.

Azon időpontot értük el honunkban, hogy nyelvünk' kifejlését egyedül saját fásultságunk akadályozhatja; maga a' kormány segéd-kezet nyújt e' célra, 's iparkodik nemzetisedésünket megalapítani, — 's ez alapulni fog, ha el nem felejtjük, hogy a' nemzetek addig élnek, mig nyelvük él.

Költ Kassán Febr. 27én 1836.

*Kovácsóczy M. és Werfer K.*  
a' Nemzetek' története tárának kiadóji.

